Kuropatmesha cedit de iure filio

terrestribus ad simplicem verbi assertionem sine corporali iu-
ramento taxan. Super ipsum Georgium Kormanieczki et eius
successores bona praefata omnia cum omni iure dominio proprietate
et tenuta habendi possidendi perpetue. Ipse dominus praefatus Ca-
282 therinam et suos successores super omnibus bonis suis obligat et
inscribit, praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria prae-
missorum ante decursum unius anni transferre transportare simi-
lemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub
similibus damnis terrestribus ad simplicem verbi assertionem sine
corporali iuramento taxan. Pro quibus quidem damnis terrestribus
si ipsa Catherina Kuropatniczka praefato filio suo et eius
successoribus ad officium praesens Castrense capitaneale praemi-
ssum citare praemiserit vel eius posteri praemiserint extunc
a terrestris dictibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro com-
petenti recedendo, coramque officio cui se actis praesentibus subie-
cit cum successoribus bonisque suis omnibus subiicit in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro
praefatis damnis terrestribus satisfacere tenebitur vel eius posteri
tenebuntur. Terminum ipsum primum peremptorium et alios
subsequentes terminos nullasque exquisitas in colore excogitatas
iuridicialiter atque extraiudicialiter, acta vel simplici in-
firmitatibus, actione pro maiori, bello, incursu hostium, curia
pestifera, evocatione de terra et sede, ac aliis omnibus legalibus
impedimentis non differendo nec prolongando atque se exceptionibus
immo secum successoribus abrenuntiando, evasionibus, praescriptis
abusu inscriptionis praesentis, et aliis quibusvis iuris et facti
remediis, dilationibusque, a decretis quibusvis tam in arrestis
quam in principali negocio latis et factis, nullas motiones cum
appellationibus faciendo, nec ad prosequendum coramque iudicem et parten-
dum citando, poena trium marcarum et triplici paenaque terre-
stri praefata non evadendo, gratiae nil sibi in auxilium contra inscri-
ptionem praesentem eiusque effectum recipiendo, suasque successo-
rum sub ammissione totius causae victi luitionem praefatam
vadii vel vadiorum. Quo vel aliquibus solutis atque inscriptio
praesenti et omnibus in ea contentis satisfaciendum suis posteris
eius tunc quando opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione ter-
restri in praemissis obstan.

Kuropatniczki cum Troieczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
strensibus praemissorum generosus Nicolaus Kuropatniczki Tri-
bunus Zidaczouiensis, mente et corpore sanus existens a terrestris
districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti
recedendo, praesentibus vero Castrensibus praemissorum iurisdictioni se
successores ac bona sua omnia quo ad actum praesentem attinet
incorporando inniserendo subiiciendoque publice recognoscit seque et

cognovit. Quia generoso Andreae Troieczki et eius legittimis suc-
cessoribus summam quadringentorum et sexaginta florenorum pecuniae cu-
rsus et numeri polonicalis veri veri et liquidi debiti sibi mutuatae
pecuniae tenetur, praesentique inscriptione obligatur pro die et festo 283
ascensionis Christi domini in caelum proxime et immediate venturo
solvere realiterque circa acta praesentia Castrensia praemissorum expo-
nere et relinquere medietatem ad officium efficiendum sub vadio satis-
summae quadringentorum et sexaginta florenorum pecuniae, in defectu solu-
tionis summae eiusdem essentialis pro die et tempore suprascriptis solu-
tioni assignat ad solvendum successoribus. Extenditurque summa praefata
et vadium in et super summa pro generosum Kormanieczki Geor-
gium in bonis Kormanicze eidem Tribuno inscriptis, cuius idem domi-
nus praefatus Tribunus Zidaczouiensis se et suos successores obligat
et inscribit in et super eaque summa, praesentem inscriptionem ex his
actis ad acta terrestria praemissorum ante decursum unius anni trans-
ferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitio-
nem facere sub eodem vadio quadringentorum et sexaginta florenorum
pecuniae. Pro quaquidem summa principali et vadio seu vadiis
si eisdem Tribunus praedicto Andreae Troieczki vel eius successoribus
ad officium praesens Castrense capitaneale praemissorum citare praemi-
serit vel eius praemiserint posteri, extunc a terrestris dictibus iuri-
busque suis quibusvis propriis recedendo, coramque officio in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere
ac pro praefata summa principali et vadio seu vadiis satisfacere
tenebitur vel eius posteri tenebuntur. Nullum terminum ordinem pro-
missorum vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, lau-
dis et decretis regalibus, Comitiis colloquiis, Conventionibus generalibus
vel particularibus, expeditione bellica, servitio militari et rei-
publicae sive sacrae Regiae maiestatis, absentia a regno ac aliis om-
nibus legalibus impedimentis non differendo nec prolongando atque se
exceptionibus; ad quaestionem modificationesque inscriptionis praesentis dilationum
sibi non recipiendo, appellationes cum motionibus earumque pro-
sequendo ab officio nullas faciendo; poena trium marcarum et triplici
poena ac aliis omnibus diffugiis iuris vadium seu vadia praeno-
minata non evadendo, immo secum successoribus omnibus iuris remediis
evasionibus praescriptionibus, suspensionibus, ac aliis omnibus ge-
neraliter dilationibus abrenuntiando. Et nil sibi penitus in auxilium
contra inscriptionem praesentem eiusque effectum recipiendo suo-
rumque successorum, sub ammissione totius causae victi luitione
praefati vadii vel vadiorum quo vel quibus solutis atque inscriptioni
praesenti et omnibus in ea contentis satisfacere cum suis posteris
tunc quando opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri
in praemissis obstante

Kormaniczky obligat Kuropatniczky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus